



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

26. Episcopi si tres concurrant, domicilij, originis, & rei sitæ, quis eorum  
potiùs executor admittatur. disting.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

facit gloss. in Clemen. 1. de rebus eccles. non  
 25 alienand. Quod dixit † Abbas sicu. in c. Ioan-  
 nes de testa. esse verum in favorabilibus, qua-  
 re hoc est. Secus in odiosis: quia diocesani ap-  
 pellatione, tunc comprehenditur solus episco-  
 pus: vt est gloss. in clement. 1. de vita & ho-  
 nestia. cleri. & clem. 1. de iurepatro. Item legi-  
 timus dicitur delegatus vel subditus ab episcopo:  
 quia ex quo episcopus habet ordinario iure,  
 ipso potest alteri committere: vt c. fina.  
 de offi. ord. Et ita tenuit Recuperus consulendo:  
 vt refert & sequitur Do. in c. fin. s. 1. de  
 test. lib. 6. Similiter legitimus erit, & iam iudex  
 secularis vt d. l. nulli. Et in Spec. de instru.  
 edi. §. nunc verò aliqua versi. legitimi. Et tales  
 consueuerunt legitimi appellari.

26 † Sed dubitari solet, quid si concurrant plu-  
 res episcopi, videlicet episcopus domicilij, &  
 originis, ac rei sitæ. Et ex dictis gloss. in l. nulli.  
 & docto. ibi & Specu. in §. nunc aliqua. ver-  
 sic. quid si episcopus. & vers. quid si fuit. &  
 Fede. de se. in sua particulari disputatione, con-  
 clude, quod ambo vel omnes. Fallit primò, vbi  
 esset legata species vel res, quæ esset in vno  
 loco

loco tantum: quia exequitur episcopus, ubi res est sita l. fideicom. ff. de iudic. & l. cum res. ff. de leg. 1. Fallit secundo, ubi esset debita quantitas: quia ille exequitur, ubi est res; quæ debet vendi si est in vno loco. Si autem debet vendi res in utroq; loco, vterq; exequetur, vt s. Celsus ibi alleg. Fallit tertio, ubi in nullo illorum locorum esset res legata, vel ex cuius venditione debet redigi quantitas: quia attenditur episcopus originis: ar. d. l. nulli. & l. ciues. C. de incolis. lib. 10. Et si origo est dubia, episcopo domicilij. Et si de domicilio dubitetur, episc. loci, in quo defunctus est: vt d. l. nulli. ver. quid si bene facit. l. iuris per. 5. cum oriundus. ff. de tut. & curat. datis ab his. facit l. 1. C. de prædijs min. l. prædiũ. & glo. or. 10. q. 2. hoc ius porrectũ. & auth. hæc vsus præstatio.

† Reliqui vero executores siue commissarij, 27  
datini nuncupantur, qui dantur à iudice, siue consule ciuitatis: vel etiam ab episcopo, vel senatu: vel alio magistratu, secundum morem aut consuetudinem vrbis vel regionis, qui habent exequi secundam voluntatem mortui, si reperiant expressa, vt not. in l. 3. §. 1. ff. de ali.